Quantus beatitudinis tue rumor
diversa plurimorum ora repleverit hinc poteris
estimare, quod ego te ante inspectum amare
ceperim nosse. Ut enim apostolus ait. Quorundam
hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium
Sic econtrario tue dilectionis fama dispergitur
ut non tantum laudandus sit ille qui te amat
quam scelus putetur facere ille qui non amat.
Pretermitto innumerabiles in quibus sepius sustentasti
sustentasti pavisti vestisti visitasti. Hec ordi-
feis ac adiuncta necessitas multorum est pre
ceteris liberare, quibus gratiis quo ille pecunie
peregrinacionis incommoda a te fota et curata referebat.
Ut ergo ille ardentissimus quod intollerabilis
languor tenet permansit ut alicui pedibus
~~[illegible]~~ sperto caritatis et voto te salutaverim
etiam complexus sum. Gratulor itaque
tibi et nascente amicicia ut deus secundare
dignetur precor.

de amore

de laude

regratiatur

Nunc igitur quando valeo pro me tibi litteras
representa
Et si corpore absens amorem et spiritum ut verum
impendo expostes ne nascentes amicitias
que spiritus glutino coheserunt aut temporis
aut locorum magnitudo divellat, quin potius
foveremus eas crebris epistolis. Ille inter
nos currant ille sibi obviant, ille nobiscum
loquantur. Non multum perdiderit caritas
si tali secum sermone fabuletur.